



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Tractatus De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distributus**

**Antonelli, Giovanni Carlo**

**Velitris, 1650**

An, & quando ementes ab ecclesia, seu Clericis sint immunes à gabellis.  
Cap. VIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11401**

de laici tantum, non ecclesie præiudicio tractatur *Surd. conf. 338. num. 14. lib. 3. Purpurat. conf. 332. num. 4. vol. 1. & conf. 594. num. 1. & seq. vol. 2. Bald. conf. 31. num. 2. vol. 1. Bellet. loco cit. §. 8. num. 5. Alex. conf. 101. num. 11. lib. 1. & banc. esse communem dicit Valasc. in tr. de iur. emphit. q. 17. num. 11. & seq. & veriore, ac magis receptam dicit Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. cas. 562. num. 31. Thesaur. dec. 116. num. 8. & ibi Add. vers. ceterum dixi, deducto onere, quia in catastro, & æstimo bonorum emphiteoticorum debet haberi ratio pensionis, quæ præstatur Domino directi, vt tanto minus ipse emphiteuta soluat pro æstimo, vt d. Menoch. d. cas. 562. n. 29. Bellet. vt sup. nu. 5.*

Ex quo inferitur, quod licet ad præscribendam rem cuiuslibet ecclesie requiratur spatium 40. annorum *cap. de quarta ex. de Præscript. & aduersus Romanam centum Auth. vt ecclesia Rom. & c. tamē contra earundē ecclesiarum Vassallos, vel emphiteutas ad præscriptionem vtiles eorum dominij sufficit tempus commune, quod aduersus quoslibet priuatos sufficeret Alex. conf. 169. num. 3. vers. sed præmissi non obstantibus vol. 2. & alij apud Valasc. d. q. 17. nu. 13. vbi etiam addit, quod lex retractus habet locum etiam in emphiteusi ecclesie, & ita etiam tenet Tiraq. de Retract. lignag. §. 1. glos. 3. nu. 3. & latius glos. 13. num. 8. Alex. conf. 27. num. 5. lib. 6.*

Contrariam tamen sententiam tenent alij graues Doctores per l.

priuata *C. de excusat. mun. lib. 10. vbi prædia emphiteotica Principis, seu fisci ab extraordinarijs præstationibus eximuntur; & ideo putant, hac etiam immunitate gaudere emphiteutam ecclesie, cum fiscus, & ecclesia à pariprocedant, ita Bart. in d. l. priuata n. 2. Cassan. in cōment. ad Consuet. Burgun. rub. 4. §. 6. in textu, ibi, & ferat medietatem onerum num. 6. vers. et intellige prædicta Syman. conf. 9. n. 9. vers. his tamen minimè obstantibus, & num. 17. & 18. Ruin. conf. 111. num. 10. lib. 5. Leo in Thesaur. for. eccles. par. 4. cap. 1. num. 90. & communem dicit Cenall. in specul. opinion. commun. con. commun. q. 726. & alij apud Bellet. d. §. 8. numero 5.*

## S V M M A R I V M.

1. Emptores fructuum ecclesie regulariter non gaudent immunitate à gabellis:
2. Emptores fisci ad vectigalia, & gabellas tenentur:
3. Declaratur supradicta cōclusio.

## C A P. VIII.

An, & quando ementes ab Ecclesia, seu clericis sint immunes à gabellis.



Vanius ecclesia, & Clerici sint, pro fructibus perceptis ex proprijs bonis, immunes à gabellis, veteri-



gualibus, & alijs oneribus, tamen emptores fructuum non gaudent hac immunitate: quia mutatione personę extinguitur priuilegium, quod cum sit personale quoad Clericos, non egreditur illorum personas *glos. in clemen. presenti ver. non negotiandi de Censib. Bart. in l. licitatio §. fin. ff. de Publica. & vectigal. Surd. cōf. 301. ante num. 90. lib. 3. Thesaur. decis. 116. num. 6. Syluan. cōf. 9. num. 7. Roland. cōf. 61. num. 5. & seq. vol. 4. Io. de Amic. cōf. 18. nu. 3. & seq. Guid. Pap. decis. 208. & est communis opinio, ut testatur Tiraq. de Retract. lignag. §. 1. glos. 13. n. 12. ubi plures refert, & hanc esse communem dicit Bellett. tit. de exempt. Cleric. & cor. honor. à muner. publ. §. 8. num. 2. ita etiam licet fiscus sit immunis à solutione vectigalium *l. licitatio §. fiscus ff. de Publican. & vectigal.* hęc tamen immunitas non transit ad singulares  
 2 successores habētes causā à fisco: & idcō emptores fisci ad vectigalia, & gabellas tenentur *d. l. licitatio §. Mercatores Io. de Amicis d. cōf. 18. n. 4. & 5. Roland. d. cōf. 61. n. 6. vol. 4.* Vnde idem dicendum est in ecclesia, quę fisco comparatur *l. Re-publicam C. de iure Reip. lib. 11. Io. de Amicis d. cōf. 18. nu. 16.*  
 Et hoc procedit, quando collecta, seu gabella soluenda est ex actu separato ab emptione, puta si emptor deferat rem emptam per loca, ubi soluitur gabella: tūc enim emptor tenetur ad gabellas:  
 3 quia factum emptoris nihil habet commune cum facto venditoris *l. licitatio §. mercatores ff. de publi-**

*can. & vectigal.* secus quando gabella soluenda est pro ipso actu connexo, seu pro ipso contractu celebrato cum clerico, puta si statutum dicat, quod soluantur duo solidi pro qualibet libra pretij rei quę emitur, & venditur: tunc enim emptor rei ecclesię ad nihil tenetur: quia per indirectum esset cōtra libertatem ecclesię, quā hoc casu minoris vederet res suas ita distinguit Bald. cōf. 31. nu. 2. vol. 1. quem sequitur Io. de Amic. d. cōf. 18. num. 13. & seq. Roland. cōf. 61. nu. 18. & seq. Menoch. cōf. 136. num. 19. lib. 2. Bellett. loco citato §. 8. num. 4.

## S V M M A R I V M.

- 1 Capitulum super rebus, & negotijs ad ecclesiam spectantibus potest leges, & statuta condere.
- 2 Hoc tamen ius statuendi non competit beneficiatis.
- 3 Declaratur supradicta conclusio.
- 4 Capitulum non potest statuere quod aliquid detur Canonicis pro admissione ad possessionem Canonicatus.
- 5 Episcopus non potest quicquam accipere pro collatione Canonicatus, vel alterius beneficij.
- 6 An validum sit statutum Capitulare, quod non admittantur ad Canonicatum descēdentes ex Hebreis, aut hereticis.
- 7 Valeret statutum, seu consuetudo, ut aliquid detur ab obtinentibus Canonicatum in sacristia vsus conuertendum, secus si esset conuertendum in reparatio-